



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

264 Beneficiarij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

vel cuiusquam alterius patrimonio prophano, nedum sub obligatione personali seu fideiussoria, sed super Ecclesiis vel monasteriis aliisque domibus religiosis vel piis creati curent, quando vident sese impetrare non posse ut ipsa beneficia grauentur. Ergo quid si pensiones ita constitutæ fuerint ut periclitari non possint quamdiu vixerit ille cui pro beneficio ceduntur? ecquid permutatio valebit? nullo modo; quia perpetuitas priore modo sumpta, in illis non est, nec officia clericalia sunt illis annexa, nec per eas Ecclesiæ cuiquam certæ quis est adscriptus, id quod in beneficiis propriè dictis omnino requiritur. Quamobrem qui sub titulo patrimonij vel pensionum promouentur ad sacros ordines, beneficiarij per hoc non sunt.

263  
Pensiones perpetuae periclitari nequeunt, cur tamen cum beneficiis non possint permutari.

264  
Beneficiarij.

265  
Sacrae res spirituales quomodo possint sine ullis rationibus in commercium venire.

266  
Spiritualium rerum varij gradus.

Cæterum nouus hic & propemodum terribilis exoritur scrupulus ex eo quod spiritualia cum spiritualibus rectè permutari diximus; nam si res huiusmodi sacrae non cadant in commercium, sicuti vel prophanis docemur legibus, l. in tantum. §. sacrae. π. de diuisione rer. & qualit. l. æde sacra. 73. π. de contrah. empt. & vendit. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. π. de verb. obligat. & §. nullius. Instit. de rer. diuis. quantò iustius hoc iure Pontificio res illas vel sacras vel spirituales ab istis nundinationibus oportet esse remotas & immunes? Ad hunc scrupulam dexterius eximendum, necesse fuerit rerum spiritualium diligenter intueri & interno scere varietatem, qua in re magistro vix  
ullo